



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

105 Pensionem quatenus creare possit Episcopu.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

intentione dum beneficia resignant vt certis pensionibus anticipatis pensionum earundem us extinguatur. Illud hic obiter attingendum duxi, pensiones huiusmodi beneficiales non à Pontifice solùm sed & ab Episcopis constitui posse, idque ad vitam vsque pensionarij; adeò vt non solus ad eam soluendam teneatur præfens possessor cum quo permutatio fuit inita, verum etiam eiusdem vel mortui vel aliò transfati successor in idem beneficium, quantumlibet non hereditarius, affecto scilicet ipsomet beneficio, arg. cap. de cætero. s. de transact. At perpetua pensione beneficium vllum grauari nequit Episcopus, vltra vitã scilicet certi pensionarij; sed Summi Pontificis ad id requireretur auctoritas. c. significauit. j. de censib. Amplius dico, quod si transactionis causa crearetur alteri litigantium pensio super beneficio litigioso donec solus colligator beneficij possessor viueret, non autem diutius nec ad õnus futuri quandoq; successoris, ne Episcopi quietam requireretur ad huiusmodi pensionẽ constituendam consensus vel auctoritas, at solum sufficeret iudicum ecclesiasticorum iussio, propter concordiaẽ fauorem proque bono pacis, vt loquitur Pontifex in c. nisi essent. s. de præbend. adfert quidem Gigas hac de potestate episcopali cum plures auctores in quaestione sua 6. nu. 2. & seqq. at ius, quo potestas illa probetur idonee, nullum prorsus adfert; cum tamen textus illi quos allegauit sint hac in re satis aperti: Quaestio hic est apud Interpre-

105
Pensionem
quatenus
creare possit
Episcopus

e ij tes no-

106
An Cōmen-
da vel etiam
pensio per-
mutari pos-
sit cum bene-
ficio.

tes nostros an beneficij commenda quæ dici-
tur in libris nostris, permutari rectè possit cum
beneficio: quod iustius etiam de pensione ist-
hac beneficii quis quærat. de commendis lo-
quitur Bonifacius octauus in c. nemo dein-
ceps. de elect. lib. 6. Ac licet varij variè respon-
deant, equidem iuri perpetuo conformius esse
reor, neque commendas istas neque pensio-
nes beneficiales cum beneficiis permutari pos-
se. cuius meæ sententiæ rationem hanc adfero
satis viam, quòd huiusmodi spiritualia vel
spiritualibus annexa non cadant in commer-
cium nisi quatenus iure permissum inuenia-
tur: atqui non inuenitur vsquam expressè per-
missa talium cum beneficiis permutatio, sed
solorum beneficiorum inter se; sicuti per cla-
rissima singulorum quinque capitulorum ad-
hoc permutationis beneficiæ argumentum
pertinentium verba docemur, ac præcipuè
duorum postremorum, nempe capit. vni-
lib. 6. & Clementinæ vnicæ de rer. permutat.

107
Expectantes
an possint
permutare.

Quibus & expectantes qui dicuntur à permu-
tando prohiberi videntur, cum beneficij ni-
hil habeant eatenus in ipsa re, sed in sola
spe; contractu permutationis beneficiæ cer-
tum præsensque beneficium necessariò postu-
lante.

Veniamus iam tandem ad singulas capituli
nostri clausulas.

108
Sent. conte-
ntus de resi-
gnatione hic
facta.

Ait Pont. *resignauit, & post resignationē, &c.*
Sed vbi fiebat hæc resignatio? proculdubio
in manibus ordinarij id est Episcopi, licet
liquet